



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,  
doctrina excutitur, scripta recensentur

**Origenes**

**Rothomagi, 1668**

Inhaltsverzeichnis

**urn:nbn:de:hbz:466:1-25059**

## QVÆSTIO DVODECIMA.

DE MUNDO, PARADISO TERRESTRI, ET ADAMO.

I. Duo de mundo queri possunt: II. Primum, Vtrum & quo sensu dixerit Origenes mundum propter rationales naturas fuisse à Deo conditum; III. ita ut existimasse eum Patres aliqui testificantur: IV. alterum, Vtrum plures vel fuisse, vel esse, vel fore mundos existimat: V. quemadmodum ipsi à Patribus quibusdam objectam est: VI. quamquam ejus causam nonnulla adjuvant. VII. Exploratur Origenis sententia de conditione Paradisi terrestris, VIII. & de sorteis tunicis, quibus post peccatum Adamus induitus est. IX. Quaritur utrum dixerit Adamum per peccatum similitudinem Dei amississe: X. & utrum homines Praadamitas existisse sibi finxerit.

I. CIRCA quæstionem de mundo duplex excutiendum venit Paradoxum Origeni adscriptum: primum, Vtrum & quo sensu dixerit mundum propter animas rationales à Deo fuisse conditum: alterum, an unicum duntaxat mundum creasse antehac, vel posthac creaturam esse alleveraverit. Quia duo quærenda sibi proponit Origenes in tertio capite libri 2. *De initio mundi & causis eius*.

II. Primum quod attinet, nemo non videt ex antecedenti ipsis doctrina aptum id esse, naturarum illarum gratia, que sunt rationis participes, mundum à Deo fuisse procreatum. Cum enim animas quoconque statu collocatae sint, arbitrij sui libertate ad peccandum vel recte agendum uti voluerit, & pro peccatis hanc iis irrogatumiri pœnam, ut in graviora ac crautiota corpora amendantur, eam ob rem dicere debuit graviā illa corpora formati à Deo, quemadmodum ergastula ad retinendos reos construuntur. Copiosa ad id probandum Origenis habetur dissertatione libr. 2. *De initio mundi & causis eius*, cap. 1. Cum ergo, inquit, tanta sit mundi varietas, atque in ipsis rationabilibus animantibus sit tanta diversitas, propter quam etiam omnis relata varietas ac diversitas putanda est existisse; quam causam aliam dici oportebat, qua mundus extiterit: precipue si intueretur illum finem per quem omnia restituenda in statum initij sui libro superiori dissertatione est? Quod utique si consequenter dictum videatur, quam aliam (ut dicimus) causam putabimus tante hujus mundi diversitatē, nisi diversitatem ac varietatem motuum, ac prolapsum eorum, qui ab illa initij unitate atque concordia, in qua à Deo primitus processi sunt, deciderant? In eodem pronuntiatio sic concludit caput 8. libri 2. De principiis. Pro motibus suis unaquaque mens bonum negligens, in contrarium boni, quod sine dubio malum est, trahebatur. Ex quo videtur femina quedam & causa varietatis ac diversitatis ille omnium conditor accepisse; ut pro diversitate mentium, id est rationabilium creaturarum, quam diversitatem ex ea causa quam superiorius diximus, putanda sunt concepisse, varium ac diversum mundum crearet. Capite vero sequenti rem altius repetens, Deum ait ab initio cum rationis compotes naturas creare vellet, nullam habuisse creandi illarum causam præter seipsum, siuamque bonitatem: in eo autem cum nulla sit diversitas, neque ex parte rerum creandarum illa esset, aquales eas, & undequaque similes ipsum procreasse: has vero, ut potest libero prædictis arbitrio, non eodem modo omnes hac usus esse facultate, aliis in vitium ac nequitiam ruentibus, aliis ad meliora assurgentibus: atque inde rationalium naturarum exitiis differentiam: Deum autem unamquamque pro meritis ornare volentem vel ulcisci, diversitates mentium in unius mundi consonantiam traxisse, sic tamquam in unam dominum, qua vasis aureis, argenteis, & fidilibus instruitur. Et has causas, inquit, (ut ego arbitror) mundus iste sue diversitatis accepit, dum unumquodque pro varietate motuum suorum, vel animorum, propositique Deus diffensat. Quocirca Tomo 19. in Iohann. p. 284. & capite 5. libri 3. *De initio mundi*, obseruat creationem mundi apud Scriptores facros novo hoc & proprio *παράδεισος* nomine nuncupati: quia nimurum de superioribus ad inferiora descendimus est, non ab his animabus qua id motuum suorum varietate meruerunt, verum & ab ipsis que ad totius mundi ministerium ex illis superioribus & invisibilibus ad haec inferiora & visibilia deducuntur sunt, licet non volentia; & vanitati quippe creature subjecta est non volens, sed propter eum qui subjectus in ipso, quae vel Sol, vel Luna, vel Stelle, vel Angeli explorant obsequium mundo, & his animabus qua ob nimios defectus mentis crautiibus & solidioribus indigne corporibus, & propter eos quibus hoc erat necessarium, mundus iste etiam visibilis institutus est. Et mox: Talem vero ac tantum putandum est factum esse mundum, qui vel omnes eas animas, que in hoc mundo statim sunt exerceri, capere, vel omnes eas virtutes que adesse eis, & dispensare eas, ac juvare parata sunt. Atque haec ipsa loca librorum *De initio mundi* reprobationis causa profert Hieronymus Epist. 59. ad Avit. cap. 2. & 3. Alia præ-